

Horam noctis quamlibet per quadrantem, & tabulas ad hoc factas ex altitudine stellæ indagare.

Habita altitudine stellæ & ortu ipsius siue ex fixis, siue ex erraticis, quam noueris dum tamen maximā Solis declinationem, hoc est gradus. 23. cum dimidio minimi transcendat, cum declinatione eiusdem, si septentrionalis fuerit, superiorem sequentis. s. tabulæ partem ingredere, quæ altitudinem stellæ utramq; ab ortu ad occasum, & arcum semidiurnum, iuxta declinationem ipsam per horas æquales continet. Si uero meridiana stellæ eiusdem declinatio fuerit, inferiorem tabulæ eiusdem partem à gradibus. o. usq; ad gradus. 23. mi. 30. exquirito. Si nanc; stella eadem nondum meridianum adierit, priorem tabulæ partem ab ortu citra horas meridiei in eas, alias uero subsequentem tabulæ faciem quæ ad occasum tendit, adire procures. Vtrolibet nanc; intraueris cum declinatione stellæ, & altitudine ipsius dextrorsum procedendo (nusquam inferius, aut superius declinando) altitudo hæc eadem in angulo communī reperta, superius edirecto horam ab ortu stellæ altitudini ipsi correspondentem ostendet. Declinationem autem stellæ cuiq; debitam per tabulam nostram stellarum fixarū anno Christi. D. 1539. uerificatarum, siue per tabulas Ioannis Montereiensis pro erraticis perscrutabere. Quod si declinationem hanc stellæ neutiquām in tabula præcisam offendet, uel adhuc altitudo stellæ habita per gradus, & minuta eadem, quæ tabulæ describuntur minime apparuerit, tunc proportionali parte utrinq; coutilicebit. Habitū autem horis, & minutis ex proportionali parte hic dicta, uel etiam tantum horis integris ab ortu stellæ ad horam ipsam quam scire desideras hincortum stellæ ipsius, uidelicet qua hora diei, uel noctis horizonta tuum ascenderit per doctrinam prius dictam noscere procurabis. Si nanc; horas prædictas ortui huic sedulus adieceris (siue nocte eadem, uel præcedenti modo die stella eadem astronomice oriantur) ex additione hac horarum, & minutorum prædictorum (abiectis horis. 24. ubi opus fuerit) certus horarum, ac minutorum numerus ab occasu Solis emergentium profiliet, ubi. s. horam ortus stellæ per horarium Italicum instrumentum exhibueris, quod intabula nostra negocio huic accommodata, atq; inferius descripta obseruatur. Huiusmodi reigratia proceliori horarum calculi exhibitione tabulam astronomicam stellarum fixarum insigniorum exarauimus, qua. s. diei, uel noctis hora, & minuto nostra hactempestate supra nostrum hoc hemispærium ascendunt, horas, & minuta persingulos denos mensium dies ab occasu Solis iuxta commune Italicum horologium assumendo. quod quilibet ex se ad singulos dies mensium appropriare, nec non in futurum per annos aliquot ob motum augium ad singulas prædictorum dierum horas, & minuta examussim (ubi opus fuerit) reformare poterit.